



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

5 Ex malè quæsitis eleemosyna non fit egenis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Non hoc quoque prætereundum esse diximus, quod lucrum turpis cupiditate captos, usurariam exercere pecuniam, & scelerare velle discere. Quod nos, non solum in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, consideremus. Quod vindicari acrius in eos qui fuerint coartati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

C. VIII. ¶ Episcopus à clero turpia lucra sectantes.

Item ex Nicæno concilio l. c. 17.

Quonia multi clerici, avaritiæ causa turpia lucra sectantes, oblitri sunt divini præcepti, quo dictum est: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Fœnerantes, centenas exigunt; statuit hoc sanctum concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad fœculum dare, omnino, qui tale aliquid conatus è fuerit ad quatuor, deiciatur à clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

¶ Caput hoc ad Burchardum & Ivonem part. 6. cap. 261. & in Tomarica citatur ex decreto Iulii Papa usurarii misit. Verum sic in hoc part. 13. cap. 21. citat ex capitularibus, quorum lib. 1. c. 191. habetur.

C. IX. ¶ Turpe lucrum sequitur, qui minus emit, ut plus vendat.

Item Iulius Papa.

Quicunque è tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia, de duobus denariis comparat modium unum, & servat usque dum vendatur denariis quatuor, aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

¶ Caput hoc ad Burchardum & Ivonem part. 6. cap. 261. & in Tomarica citatur ex decreto Iulii Papa usurarii misit. Verum sic in hoc part. 13. cap. 21. citat ex capitularibus, quorum lib. 1. c. 191. habetur.

C. X. ¶ Rapinam facit, qui usuram accipit.

Item Ambrosius in libro de bono

nummo, c. 12.

Si quis usuram acceperit, rapinam facit, vira non vivit.

C. XI. ¶ Non minus crudelis est, qui pauperem trucidat sceleris, quam qui divitiis aliquid rapit.

Item Augustinus ad Macedonum, epist. 14.

Quid dicam de usuris, quas etiam ipse leges & iustitias reddi iubent? Aut crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit divitiis, quam qui trucidat pauperem sceleris? Hæc atque huiusmodi male utique possidentur: & vellem ut restituerentur: sed non est, quo iustice repetantur. Iam verò, si prudentes intueamur quod scriptum est: [Fidelis hominis totus mundus civitas sunt: infidelis autem, nec obolus:] nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisque uti nesciunt, aliena possidere convincimus? Hoc enim certe alienum non est, si quod iure possidentur: hoc autem iure, quod iuste: & hoc iuste, quod bene. Omne igitur quod male possidentur, alienum est: male autem possidet, qui male utitur.

¶ Item, quo usura exigenda sint, Ambrosius testatur, dicens in libro de Tobia, c. 11.

C. XII. ¶ Ab illo usuram exigere possunt, cui iure nocemus.

Alii usuram exigere, cui merito nocere desiderant, cui iure inferuntur arma, huius legem indicant.

¶ Burchard. lib. 2. cap. 103. Anselm. l. 7. c. 147. Ivo part. 6. c. 66. b. & c. d. apud nos, c. 49. dist. 47. quoniam multi, Burch. l. 2. c. 12. f. p. 23. c. 1. Psal. 140. d. al. commentus. c. Capitul. l. 1. c. 1. Pape. lib. 1. c. 127. Ivo p. 6. c. 201. & p. 13. cap. 21. f. 1. c. 1. f. Poly. l. 4. tit. 20. g. Proverb. 17. h. ibi inquit. Ivo p. 13. c. 17.

tur usura, quem bello vincere facile non potes, De hoc citò potes centesima vindicare te. Ab hoc usuram exige, quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicet, qui usuram flagitat: sine gladio sede hoste ulciscitur, qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergo ubi jus belli, ibi etiam jus usura.

QVÆSTIO V.

Quod verò elemosyna non sint facienda ex sceleris, vel usuris, nec ex quolibet male acquisito, Augustinus testatur in libro de verbis Domini, serm. 31.

C. I. ¶ De usura elemosyna fieri non possunt.

Nolite a velle elemosynas facere de sceleris & usuris.

C. II. ¶ Oblatio de rapina reprobat à Deo.

Item Ecclesiastici 24.

Immolans è iniquo, oblatio est maculata. & infra. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.

C. III. ¶ Non est aliquid rapiendum divitibus, ut detur egenis.

Item Augustinus in lib. 50. homiliarum, hom. 7.

Fortè aliquis hoc secum cogitat, & dicit: multi sunt Christiani divites, avari, cupidi, non habeo peccatum, si sum illis abstulero, & pauperibus dederò. Unde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere poterò, si ego elemosynas dederò. Etiam in hac re parcat unusquisque animæ suæ: quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiam illi torum tribuat pauperibus quod abstulerit, addit potius peccata, quam minuat.

C. IV. ¶ De eodem. PALEA.

[Item Hieronymus.]

Nemo qui è rapit, moriens, si habet unde reddat, salvatur. Si eos, quorum fuit, invenire non poterit, ecclesia, vel pauperibus tribuat.

¶ Hæc & sequens Palea absumt à plerisque, verus est, etiam in quibus cetera esse solent. In unum autem habentur supra, ead. q. 4. post 6. si quis usuram.

C. V. ¶ De eodem. PALEA.

[Item Ambrosius.]

Rapinam emere non licet, nisi ea intentione, ut cui est oblata, reddatur.

C. VI. ¶ Furtum committit, qui inventum non reddit.

Item Augustinus in lib. 50. d. homiliarum, hom. 9.

Si qui invenisti, & non reddidisti, rapuisti: quantum potuisti, fecisti. Quia plus non invenisti, ideo non plus rapuisti. Qui alienum negat, si possit & tolleret. & pauci interfecti. ¶ Deus cor interrogat, non manum.

C. VII. ¶ Qui de robis concessit, & bene quaestio elemosynam impendit, illa placeat Deo.

Item Gregorius lib. 7. epist. 110. ad Sagarium.

Elemosyna f. redemptoris nostri oculis illa placeat, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate conge-

a Ivo p. 13. c. 18. b immolantis. orig. c. al. in rapina moriens. d. Et serm. 12. de verbis Apostol. e. Poly. l. 6. tit. 16. f. Poly. lib. 2. tit. 20. g. Proverb. 17. h. ibi in-



ritur, sed quæ de rebus concessis, & bene acquisitis im-
penditur.

¶ In epistola B. Gregorii, verbis hujus capituli proponuntur verba
capituli, non aut putanda, supra. l. 9. 1.

C. VIII. ¶ Teccat, quæ rem inventam non
reddidit.

Item Hieronymus in lib. a Levitici.

Multis sine peccato putant esse, si alienum, quod inve-
nerint, teneant: & dicunt, Deus mihi dedit, quod inve-
neo reddere? Discant ergo peccatum hoc esse simile rap-
ina, si quis inventa non reddat.

C. IX. ¶ Bonus usus non iustificat injuste
quisita.

Item Augustinus lib. de bono conjugali, cap. 14.

Neque enim si agris iniquè ac perperam invasis, ita
quisque utatur, ut ex eorum fructibus largas ele-
mosynas faciat, idèò rapinam iustificat. ¶ Neque si
alius ruti paterno, vel iuste quæsitò, avarus incumbat,
idèò culpanda est juris civilis regula, qua possessor legiti-
mus factus est. ¶ Nec tyrannica factionis perverli-
tas laudabilis erit, si regia clementia tyrannus subditos
tractet. ¶ Nec viceperabilis ordo regia potestatis, si
Rex crudelitate tyrannica seviet. Aliud est namque in-
justa potestate iuste velle uti: & aliud est iusta potestate
injuste velle i uti.

¶ Velle uti? Post hæc verba apud B. Augustinum sequi-
tur ca. concubinis, infra, 32. 9. 2.

C. X. ¶ Cum alterius detrimento alteri sub venire
non licet.

Item Ambrosius lib. 3. de officiis, c. 9.

Danique si non potest subveniri alteri, nisi alter læ-
datur, commodius est neutrum privari, quam gra-
vari alterum. Ideoque in causis pecuniariis intervenire
non est sacerdotis: in quibus non potest fieri, quin fre-
quenter lædatur alter, qui vincitur: quoniam interces-
soris beneficio se victum arbitrat. Sacerdotis est igitur
nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem
solum Dei est.

C. XI. ¶ Elemosyna & sacrificia non placent Deo,
qua offeruntur ex scelere.

Item Gregorius in regulo lib. 7. in dist. 2. epist. 28.

Reverdo Regi.

Scriptum est: d. [Victimæ impiorum abominabi-
les Deo: vota iustorum placabilia:] neque enim in
omnipotentis Dei iudicio, quod datur, sed à quo datur,
inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: [Respe-
xit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain au-
tem, & munera eius non respexit.] Dicitur quippe,
quia Dominus respexit ad munera, pramissi sollicitè,
quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur,
quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente
placuerunt. I. [Dona si quippe iniquorum non probat
altissimus: nec respicit in oblationes eorum, nec in
multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.]
Item, [Longè g est Dominus ab impiis: & orationes ius-
torum exaudiet.]

¶ Placuerunt? Hucusq. B. Gregorius, sicut supra, 3. 9. 7. c.
in gravibus, est notatum.

Centra in Exodo h. legitur, quod filii Israel, exiituri de Aegyp-
to, à vicinis suis acceperunt mutuo vasa aurea & argentea, ex quibus
postea edificaverunt tabernaculum Domino. Huius respondet Au-
gustinus i. in lib. quæst. Exod. 9. 39.

C. XII. ¶ Non licet aliena rapere exemplo Israeli-
tarum spoliantium Aegyptios.

Dixit & Dominus ad Moysen: [Petat vir à proxi-
mo, & mulier à proxima, vasa aurea & argentea, &

a Origenes hom. 4. ad e. 6. Levitici. b d. quisquam. c 3. 9. 7.
in gravibus. d Proverb. 11. e Genes. 4. f Ecclesiast. 34.
g Proverb. 11. h Exod. 3. i. Paulo alter in orig. k Burch.
Lit. 8. 17. luo p. 22. c. 2.

vellem.] Non hinc quilibet tumendum exemplum pe-
rare debet ad expoliandum isto modo proximum. Hæc
enim Deus iussit, qui noverat, quid quemque patri oppo-
teret. Nec Israelitæ furtum fecerunt: sed Deo iubenti
ministerium præbuerunt.

Item obicitur. Aliena rapere non est contra præceptum. Multo
siquidem Dei mandato rapina videtur prohibita. Sed nomen furti
omnis illicita usurpatio vel aliena intelligitur.

C. XIII. ¶ Major pars est violenter aliq-
quod eripere, q. am. ferari.

Unde Augustinus in eodem lib. 9. 7.

Poenale a est occulte auferre: multo majoris rege-
rit visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti, sine occu-
cultè, sine palam, habet præceptum suum. Furti i enim
nomen bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei a-
liena. Non enim rapinam permittit, qui furtum prohibet
sed utiq; furti nomine in lege veteris testamenti & 123.
nam intelligi voluit. A parte enim totum significavit,
quidquid illicitè rerum proximi auferatur.

¶ Furti enim? Hæc sunt verba B. Augustini, licet non
orationis ductu: qua autem antecedunt, apud ipsum non sunt inco-
ta. Integer locus B. Augustini de furto, & machis, habetur infra. 3.
9. 4. meretricis.

Hu. auctoritas probatur, quod neg. ex rebus inventis, neg. ca
male acquisitis, elemosynam quisquam facere potest.

4 pars. Sed Augustinus contra testatur serm. 21. de verba
Domini dicens.

C. XIV. ¶ De male acquisitis bonum fieri potest.

¶ Non habetis de malo, facite id bonum. Qui
bonum tu, qui bonum facis de malo, & cum corporis
aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus.
Nammi tui convertuntur in bonum, tu autem reman-
es malus?

Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui
reddit quod illicite abstulit. Nomen etiam mali, cura & saluti
mortalium exprimitur. De malo ergo bonum facit, qui pauperibus
dispensat, quod cum labore & sollicitudine acquisivit, postulat.
Evangelii. c. [Facite vobis amici de mammona iniquitatis.] I. 1.
ex malo acquiritur, quod ex inopi causa possidetur: veluti enim
thermianicus ex arte, quam docet, vel ex futuro, que præmittitur,
nulla lucratur. Quæ vero de malo sic acquiritur, in bonum pos-
sunt converti. De peccato etiam aliqua nunquam acquiritur,
que pauperibus iuste erogantur.

C. XV. ¶ Quæ male acquiruntur, aliquando boni
possunt expendi.

Unde Augustinus ad Macedonianos, epist. 34.

Non d. sane, quidquid ab invito sumitur, iniuste
se auferitur. Nam plerique nec medico volunt red-
dere honorem suum, nec operario mercedem: nec ta-
men hæc quæ ab invito accipiunt, per injuriam accipi-
unt, quæ potius per injuriam non darentur. Sed i. nec
idèò debet iudex vendere iustum iudicium, aut tellis ve-
rum testimonium, quia vendit ad vocatus iustum patro-
cinium, jurisperitis verum consilium. Illi enim inter
utramque partem ad examen s. adhibentur: isti ex una
parte constituent. Cum autem iudicia & testimonia, quæ
nec iusta, nec vera vendenda sunt, iniqua & falsa ven-
duntur: multo sceleratius utique pecunia sumitur, quæ
sceleratè etiam, quamvis à volentibus, datur. Ille tamen
solet tanquam male sibi ablatam pecuniam repetere,
qui iustum iudicium emit: quoniam venale esse non de-
bit. Qui verò pro iniquo iudicio dedit, velle quidem
repetere, nisi timeret, vel puderet emisse. Sunt alii per-
sonæ inferioris loci, quæ ab utraque parte non insolente
ter accipiunt, sicut officialis, & qui g. amoveatur, & can-

a 32. quæst. 4. meretricis. Sent. 3. dist. 37. Burch. l. 1. c. 4. h.
p. 13. c. 3. Poly. l. 6. tit. 16. Anf. l. 1. cap. 109. b luo p. 9. cap. 10.
c Luc. 16. d Poly. l. 6. tit. 16. e Supul. 9. 9. mo. luo. f luo.
mma. g d. quo.] orig. admovet



admoretur officium. Ab his extorta per immoderatam inprobrietatem, repeteri solent: data i per tolerabilem consuetudinem, non solent: magisque reprehendimus, qui talia in malitate repetiverunt, quam qui ea de more sumptuerunt: quoniam multa necessaria persona rebus humanis vel invitatur huiusmodi commodis, vel tenentur. **¶** Ibi, si vitam vitam mutaverint, aut excellentioris confederentur sanctitatis gradum, facilius ea, quæ hoc modo acquiruntur, tanquam sua pauperibus largiuntur, quam eis, à quibus accepta sunt, tanquam aliena restituant. Qui vero contra jus societatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, oppressionibus, invasionibus abstulerit, reddenda potius, quam donanda censemus, Zachariæ publicani evangelico exemplo.

¶ Data per tolerabilem consuetudinem, non solent. **¶** Adhibenda ex originali, sine quibus sequentia non factis consistant.

QVÆSTIO VI.

Quid vero poenitentia agi non possit, nisi res aliena restitatur, testatur Augustinus ad Macedonium, epistolæ 34.

C. I. ¶ Poenitentia non agitur, si aliena res non restituitur.

¶ Si res aliena, propter quam peccatum est, cum restitui non potest, non redditur, non agitur poenitentia, sed fingitur. **¶** Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restitatur ablatum: sed, ut dixi, cum restitui potest. **¶** Per unum enim qui aufert, amittit, si vel alios patiendo malos, si vel ipse vivendo: nec aliud habet unde restituat. **¶** Huic certe non possumus dicere, reddere quod abstulisti, nisi eum habere credimus, & negare. **¶** Vbi quidem si aliquos sustinet cruciatus à repetitive, dum existimat habere quod reddat, nulla est iniquitas: quia tunc non est, unde reddat: ablatam pecuniam, merito tamen, dum eam per molestias corporales reddere à compellitur, peccati, quo male ablata est, poenitentia. **¶** Sed inhumanum non est, etiam pro talibus intercedere, tanquam pro reis criminum, non ad hoc, ut minime restituatur aliena, sed ne frustra homo in hominem levat. **¶** Illud vero identissimum dixerim, eum, qui pro homine ad hoc intervenit, ne male ablata restitua, & qui ad se confugientem (quantum honeste potest) ad restituendum non compellit, socium esse fraudis & criminis. **¶** Nam misericordius operem nostram talibus subtrahimus, quam impendimus. **¶** Non enim operem fert, qui ad peccandum adjuvat, ac non potius subvertit atque opprimit. **¶** Sed nunquid idem nos aut exigere, aut ad exigendum tradere, vel possumus, vel debemus? **¶** Agimus quantum Episcopalis facultas dat, & humanum quidem nonnunquam, sed maxime ac semper divinum iudicium comminantes. **¶** Nolentes autem reddere, quos novimus, & male abstulisse, & unde reddant habere arguimus, increpamus, obsecramus, si quodam clam, quodam palam, sicut diveritas personarum diversam videtur posse recipere medicinam.

¶ Repetente] Sic est emendatum ex codice epistolæ Vancianæ editionis. Antea verba sicem antea legeretur, repente.

¶ Adjuvat] Quæ sequuntur, emendata sunt ex codicebus epistolæ in scriptis, & manuscriptis. Antea legebatur, qui ad peccandum adjuvat, ac non potius adjuvat, sed obviat subvertendo, at que opprimendo. Glossa autem optime conuenit in videri, adjuvat, sic loco positum.

¶ Locus sequitur apud B. Augusti. c. quid dicam sup. ca. 9. 4. b. Poly. l. 6. tit. 10. p. 13. c. 4. & p. 15. c. 25. c. al. tuar. d. al. reddidit. e. datur.] orig. f. & detestatur.] orig. g. al. velle accipere.

2 pars. Si vero rem alienam quis consecraverit, non eandem, sed assimilationem eius restituere debet.

C. II. ¶ Qui rem alienam consecrat, eius assimilationem restituat.

Unde Gregorius lib. 7. in di. 2. epistolæ 38. hancina defensori.

¶ Comperimus nullam existisse causam, pro qua res Iudaorum i potuissent rationabiliter occupari, atque eas esse inconsulte ac temere consecratas. Idcirco experientia tua precipimus, ut quia, quod semel consecratum est, in eis non valet ultra restitui, studii tui sit, ut ipse Episcopus debeat pretium dare.

¶ Iudaorum] Reposta est hæc dictio ex epistolæ B. Gregorii, ut intelligatur facilius, quo referatur ea, quæ in hoc capite continentur: ac nonnulla etiam alia sunt emendata.

3 pars. Pro malis autem apud Principes ecclesia debet intercedere, non eos temerario ausu defendere.

C. III. ¶ Ecclesia pro malis intercedat, non eos temerario ausu defendat.

Unde Gregorius Romano defensori, lib. 7. in di. 2. epistolæ 24.

¶ Hi qui in furtis publicis implicati sunt, à nobis non videantur iniuste defendi, ne opinionem male agentium ex indifferetæ defensionis ausu in nos ullo modo transferamus: sed quantum deest ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis, succurrite: ut & illis opem feratis, & opinionem sanctæ ecclesiæ non inquinatis.

¶ Infia, 23. g. 5. res. refertur summa huius capituli, cum hic sint propria verba B. Gregorii.

4 pars. Furtum autem non tam in quantitate rei, quam in affectu furantis consideratur.

C. IV. ¶ Non solum in maioribus furtum committitur, sed etiam in minoribus.

Unde Hieronymus in epistolam ad Titum, ad c. 2.

¶ Furti b. autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione non idcirco diversa sit fornicatio, seu mulier sit pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, pauperula aut opulenta, sed qualiscumque illa fuerit, una est fornicatio: ita & in furto, quantumcumque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

¶ Referatur verba B. Hieronymi, nonnulli tamen omisso, & mutatis: quemadmodum etiam apud Barbarum & Iovinem.

CAUSA XV.

Vidam sacerdos: c. in crimen carnis lapsus esse perhibetur, antequam sacerdoti in benedictionem consecretur. Postquam vero sacerdos in adeptus est in furorem versus quendam interfecit. Recuperata vero sanitate, apud Episcopum accusatur ab eo, cum quo lapsus esse dicitur. Episcopus autem die Dominico causam excoznat. Sacerdos inficitur crimen sibi illatum: quorundam clericorum sibi patrocina querit: illi vero non sine prelo sibi patrociniantur: tandem Episcopus confessionem questionis extorquet: de mum solus & absq. hmodai auasentia illam sententia ferit.

- 1 Quæritur autem an ea, quæ mente alienata sunt, sint impunitanda.
- 2 Secundò, an pro impensu patri crimine licet clericis numerata exigetas.
- 3 Tertio, an eorum, heri confessione iste sit condemnandus.
- 4 Quarto, an die Dominico eius causa sit ventilanda.
- 5 Quintò, an sibi neganti purgatio sit deferenda.
- 6 Sextò, an ejus confessio cruciatus sit extorquenda.

a Poly. lib. 6. tit. 26. b. al. furtum. Poly. lib. 6. tit. 26. c. al. sicut dicitur. c. 25. l. 10. p. 13. c. 4. f. & detestatur.] orig. g. al.